

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Auditor m cum uariis

Quidam ueniunt ut audiant non ut discant, sicut in theatrum uoluptatis causa ad delectandas aures oracione uel uoce uel fabulis ducimur. Magnam hanc partem auditorum uidebis, cui philosophi scola diuersorium ocii sit. Non id agunt ut aliqua illo uicia deponant, ut aliquam legem uite accipiant qua mores suos erigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui eciam cum pugillaribus ueniunt, non ut res accipiant, sed ut uerba que tam sine profectu alieno discant quam sine suo audiunt.

Seneca epistola CX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

aures] delectacione *add. (del. intra) M*; oracione *om. (cor. in marg.) M*; fabulis] fabulas B; ducimur] ducimus L<sup>2</sup>; diuersorium] diuersorum P V<sup>1</sup>; oblectamento] erigant *add. (del. intra) M*; cum *om. (cor. in marg.) M*; discant] discunt M L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; audiunt] audiant M; CX.] 20 P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>